

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe



Antiphonale et Graduale Schutterense - Cod. Schuttern 10

Ganter, Joachimus

[Schuttern], [18. Jahrh.]

"Commune dedicationis ecclesiae"

[urn:nbn:de:bsz:31-72294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-72294)



COMMUNE DEDICATIONIS ECCLESIE.

Ad Vesperas.

Antiph. Domum tuam, ex Laudibus Psalmi de Dominica. sed loco ultimi dicitur Pl: Lauda Jerusalem.

Capitulum.

Apoc. xi.

Vidicivitem sanctam Jerusalem novam descendentem de caelo à Deo, paratam sicut sponsam viro suo.

R. breve.

Locus iste sanctus est, in quo orat sacerdos. Pro delictis & peccatis populi.

Tempore Paschali.

Locus iste sanctus est, in quo orat sacerdos. Alleluia, alleluia. Pro delictis & peccatis populi.

Hymnus.

Urbs Jerusalem beata

Dicta pacis visio,

Quæ construitur in caelis

Vivis ex lapidibus,

Et Angelis coronata,

Ut sponsata comite.

Nova veniens è caelo

Nuptiali thalamo

Preparata, ut sponsata

Copuletur Domino:

Platæ & muri ejus

Ex auro purissimo.

Portæ nitent margaritis

Adytis patentibus:

Et virtute meritorum

Illuc introducitur.

Omnis, qui ob Xpi nomen

Hic in mundo premitur.

Tunctionibus, pressuris
Expoliti lapides,
Suis coaptantur locis
Per manus artificis
Disponuntur permansuri
Sacris ædificijs.

Gloria & honor Deo
Usquequaque altissimo
Unâ Patri Filioque
Inclyto Paraclito
Cui laus est & potestas
Per æterna sæcula. Amen.

V. Hæc est domus Domini fir-
miter ædificata. **R.** Bene funda-
ta est supra firmam petram.

Ad Magnificat Añã.

Sanctificavit Dominus ta-
bernaculum suum, quia hæc
est domus Dei, in qua in-
voca bitur nomen ejus,
de quo scriptum est: Et erit
nomen meū ibi, dicit Dominus.

*In Anniverfario
Dedicat. dicitur seq.*

1. Oratio.

Deus, qui nobis per singu-
los annos hujus sancti
templi tui consecrationis re-

paras diem, & sacris semper my-
sterijs repræsentas incolumes.*
exaudi preces populi tui, &
præsta: * ut quisquis hoc tem-
plum beneficia petiturus in-
greditur, cuncta se impetrasse
latetur. Per Dominum.

*In ipso die Dedicationis & per Octavam ejus,
& quando est varianda, ob concursum, dicitur*

Oratio.

Deus, qui invisibiliter omnia
contines, & tamen pro salute
generis humani signa tuæ poten-
tiæ visibiliter ostendis.* templi
hoc potentia tuæ inhabitationis
illustra, & concede: * ut omnes,
qui huc deprecaturi conveniunt,
ex quacunque tribulatione ad te
clamaverint, consolationis tuæ
beneficia consequantur. Per
Dominum nostrum.

Ad Laudes Antiph.

Domum tuam Domine de-
cet sanctitudo in longitudi-
nem dierum. 7.

Domus mea Domine do mus orati-
onis vocabitur. 2.

Hæc est domus Domini firmi-

ter a difi cata, bene fundata
est supra firmā petram. *A.*

Bene fundata est domus Do-
mini supra firmā petrā. *Ω.*

Lapides pretiosi + omnes mu-
ri tui & turres Jeru salem
gemis edificabuntur. *2.*

Capitulu. Vidi civitatem supra in Vesp.
R. breve.

Domum tuam Domine * decet
sanctitudo. *x.* In longitudinem

dierum. *Temp. Paschali.* Domum tuam

Domine decet sanctitudo. * Al-
leluja, alleluja. *x.* In longitu-
dinem dierum.

Hymnus.

Angularis fundamentum
Lapis Christus missus est
Qui parietum compage
In utroque nequitur,
Quem Sion sancta suscepit,
In quo credens permanet.

Omnis illa Deo sacra
Et dilecta civitas
Plena modulis, in laude,
Et canore júbilo
Trinum Deum, unicumq;
Cum fervore prædicat.

Hoc in templo summe Deus
Exoratus adveni;
Et clementi bonitate
Precum vota suscipe,
Largam benedictionem
Hic infunde jugiter.

Hic promereantur omnes
Petita acquirere,
Et adepta possidere:
Cum Sanctis perenniter
Paradisum introite
Translati in requiem.

Gloria & honor Deo. &c. ut sup.
x. Hæc est domus Domini firmiter
ædificata. *B.* Bene fundata
est supra firmam petram.

Ad Benedictus Anā.

Zachæe festinans descen-
de, quia ho die in domo
tua oportet me manere: at

ille festinans descendit & suscepit illum gaudens in domum suam. Hodie huic domui factus à Deo facta est, alleluja. ω .

Ad Tertiam.*Antiphona.* Domus mea.

Capitulum. Vidi civitatem, supra in Vesp. **x** Domum tuam Dñe decet sanctitudo. **℞** In longitudinē dierum.

Ad Sextam.*Antiphona.* Hæc est domus Domini.*Capitulum.* *Apoc. zi.*

Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

x Locus iste sanctus, in quo orat Sacerdos. **℞** Pro delictis & peccatis populi.

Ad Nonam.*Antiphona.* Lapidēs pretiosi.*Capitulum.* *Apoc. zi.*

Et absterget Deus omnē lacrymam ab oculis eorū: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia.

x Hæc est domus Dñi firmiter

ædificata. **℞** Bene fundata est supra firmam petram.

In II. Vesperis.

Omnia ut in primis Vesperis, præterquam
x Domum tuā Dñe decet sanctitudo. **℞** In longitudinē dierum.

Ad Magnificat Ana.

O quam metuendū est locus iste! verè non est hic a liud, nisi domus Dei & porta coeli.

Ad Processionem.

6.

Benedic Domine domum istam & omnes habitantes

e.4.

in illa, fitq; in eâ sanitas, hu- nignitas, temperantia, pati-
 militas, sanctitas, castitas, virtus, entia, spiritalis disciplina &
 victoria, fides, spes, charitas, be obe dien tia. **P**er infinita

sa cula. **T.P.** Alle luja

Conserua Do mine in ea ri -
mentes te, pusillos cum maioribus. *ser.*

Glo ria Patri & Filio &
Spi ritui san cto. *ser. p.*

Ad Missam
Introitus.

Terribilis est locus i -
ste: hic domus Dei est & porta
coe li: & voca bitur au la De

temp. Pasche
i. Alleluja, alle lu ja.
*6s *#6*
Psalms.

Quam dilecta tabernacula tua Do
mine virtutum! concupiscit & de
sicit anima mea in atria Domini. **II**

Pro Graduali.

Alle luja, al lelu -

ja **A**dora bo ad tem -

plum san ctu tuum, & confi -

tebor no mini tuo, al le -

luja, alle luja.

lu ja. **Post Septuagesimam**
Tractus.

Qui confi dunt in Do mino

ficut mons Sion, non commo-

vebitur in æter num, qui

ha bitat in Je ru-

sa lem. **Post Pascha.**

Al le lu ja. **B**e nefun-

data est do mus Domini fu-

pra firmam pe tram.

al le lu ja. **Offertorium**

Domine De us in simplicitate

cordis mei latus obtuli univerſa

& populum tuum, qui repertus est,

vidi cum ingenti gaudio: Deus Iſraël

cuſtodi hanc voluntate, alle lu ja.
Communio.
Domus mea domus ora-

tionis voca bitur, dicit Do-

miny: in ea omnis, qui petit
accipit, & qui quarit in venit, &
pulsanti aperiatur. T.P.
Alleluja.

Beata Dei Genitrix † Maria, Virgo
perpetua, templum Domini, sacra-
rium Spiritus sancti: sola sine exē-
plo placuisti Dño nostro Jesu Chri-
sto: ora pro populo, interueni pro
clero, intercede pro devoto fe-
mineo sexu. cætera ut ibi. sed.

**Post Natiuitatem usque ad Puri-
ficationem.**

*In Vesperis ad Magnificat Antiph. Magnū
hereditatis Mysterium. ut in festo Circumcis-
D. in II. Vesp. fol. reliquæ Antiphona
omnes & Oratio ut in eodem Festo.*

Tempore Paschali.

Ad Magnificat & Benedictus erit Antiph.
Regina cœli latere, alleluja: qui-
a quem meruisti portare, alle-
luja: resurrexit sicut dixit, allelu-
ja. ora pro nobis Deum, alleluja.
*qua si canitur, vide supra fol.
reliqua omnia ut paulo supra. & additur ubi-
que Alleluja.*

**OFFICIUM B. MARIE V.
In Sabatho.**

*Omnia ut supra fol. j. exceptis sequentibus.
In Vesperis.*

V. Diffusa est gratia in labijs tuis.
R. Propterea benedixit te Deus in
æternum. **Ad Magnificat Añã.**

Beata Mater & intacta Virgo,
gloriosa Regina mundi, interce-
de pronobis ad Dominũ. 2.

In Laudibus.

V. Benedicta tu in mulierib9. **R.** Et
benedictus fructus ventris tui.
Ad Benedictus Antiph.

**OFFICIUM IMMACULA-
tæ Conceptionis B. M. V. in
Sabatho recitandum sub ritu dup-
lici loco superioris Officij.**

*Omnia ut in festo Principali VIII. Decemb.
sed omillis Verbis, Hodie. Hodiernam. &
mutato nomine Solemnitas in Coñemoratio.*

**Missã Votiva de B. Maria V.
In Adventu.**

Rora te cœli de-
Introitus.
super & nubes pluant justum: